φ per saturnum accidie xpristus ex-
cluditur de domo anime domum illā
lamentatur cum dicat Beth Sex

to anima rationalis que domus dei de
beret esse comparatur domui eterni
ardoris. Sicut igitur dicit auctor de
proprietatibus elementorum libro v.
proprietate nona Mons ethna flam-
mis sempiternis inardescit glebasqꝫ
candentes quasi ferrum sulphurei fe-
toris emittit ex vna parte inuenitur
et sic in latere montis quasi hostium
domus apertum continet per quod ig
nis interior longe distantibus mani-
festatur per hāc portam intrauit her
cules rex gygas ille famosus et amo
re cuiusdam virginis quam adama-
uit proposito frustrato eternis flam
mis illius montis se tradidit concre
mandum. Hec domus fetida et in-
flammata est anima voluptuosa: vel
mons est voluptas carnis iam in mū
do magnificata. De hac domo dicitur
Michee capitulo sexto. Ignis est in
domo domini. Et hoc est quod deplo-
rat Petrus Rauenensis sermone xi
Heu inquit ignis luxurie succensus
est in corde et carnem circumquaqꝫ
inflammauit deuorauit terram cum
germine suo et fundamenta monci-
um combussit minores enim et maio
res omnes inflammauit et multos
inuenerunt et in fauillas fetidas re-
dacti sunt. Luxuriosi inquit deum in
uadunt ꝯ terminant naturam con-
tumeliantur auctori infamant in-
nocenciam vniuersum deordinant et
maculant. carnem accusant de anima
conqueruntur tempora dampnāt san
ctos blasphemant demonibus similes
hominibus abhominabiles astris im-
putant quicquid agunt. Nemo con-

creatis sibi vicijs obsequatur et ad-
hereat ꝯqꝫ od est fetide voluptatis nō
ascribat complexioni nature sed su-
mat formam penitencie propel'at im
petus criminum prosternat castra vi
ciorum et cum xpristo dimicante su-
mat de hoste victoriam Egrediatur
cauernam concupiscencie Extinguat
faces libidinis retrahat fomenta fedi
tatis et lugeat erubescens contagia
voluptatis quoniam ignis ille fumo-
sus ꝯ fetidus hic incipit in mente mi
sera et ardebit vsqꝫ ad inferni nouissi
ma. Hec ille. De hac fumositate
scribitur tercio Regum octauo qꝫ ne
bu'a impleuit domum domini et non
poterant sacerdotes ministrare pro-
pter nebulam: quia domus impleta
erat fumo. Hec nebula caliginosa est
cogitatio libidinosa que domum domi-
ni sic obtenebrauit qꝫ eius ministros
excecauit. Unde et hec est domus illa
dolorosa quam inhabitat venus volu- T
ptatis quam detestatur xpristus flos
virginitatis quam ideo deplorat Ihe
remias cum dicit Beth. Septi-
mo anima rationalis que domus dei
deberet esse comparatur domui infer
ni horroris. Sicut igitur scribit pli-
nius in hystoria naturali libro tric-
simosexto capitulo tercio. Est vna
domus in egipto mirabilis et horribi
lis que dr̄ laberintus. Hec dom9 la
pidea est et marmorea et tenebrosa
supra modū habens diuerticula infi-
nita in qua p oīnes angulos deoꝝ si-
mulacra regū statue ꝯ demonioꝝ yma
gines monstruose multiplic9 situāt
ac exterius existentibꝫ ꝯ auscultātibꝫ



videtur ab intrinsecō terribile toni-
truū intonare Hec ille. Hec domus
tumultuosa est anima p superbiam mō
struosa de qua eccl.i. In domo mag
na erit sonus quia sicut ptz pū.xiij.
inter superbos semp sunt iurgia con
currunt eīm a quatuor angulis eius
quatuor venti cū violentia et consti-
gūt in medio domus et causant toni-
truū terribile in tantū vt frequenter
domū concutiūt et confringūt et hij q-
tuor venti sunt quatuor anime passio
nes in anima superbi contra quatu-
or virtutes oppugnantes sicut patet
iij.mor.ca.xxvij.ventus inquit vehe
mens quatuor angulos domus concu
tit dum fortis temptatio occultis mo
tibus p quatuor anime passiones qua
tuor virtutes rapit et quasi quassa-
tis quatuor angulis dom⁹ euertitur
dum pulsatis virtutibus conscientia cō
cutitur. Hec Greg⁹. In hac domo
sunt tenebre palpabiles viciorū sunt
ymagines horribiles demoniorū prop
ter multiplicitatē et varietatē peccā-
torū cū igitur sol supbie eaā solē iu-
stitie eiciat de domo anime ideo hoc p-
pheta deplangit cū dicit Beth. Cū
igitur septem vicia in anime thala-
mo quasi septem planete concurren-
tes in vno signo et quasi septem spi-
ritus neq̄ in vno domicilio et quasi se
ptem hostiles hospites in quodam ho
spicio commorantur. Apparet iam ve-
rificari illud Exo.xij.nō erat domus
in qua nō iaceret mortuus. Et ideo
d at Ihere. Beth. Sed venit ille p
gratiam cuius nomen est omnipotens
et superbum alloquitur hospitem Lu
ce.xix.zachee festinans descende: quia
in domo tua oportet me manere. Si
tamen desperans dicas q in ea sunt
hostes respondet sic xpristus Osee ix
de domo mea eiciam eos. Eiectis igi
tur vicijs et introductis virtutibz tūc
sentit domus anime quid boni amisit
et quid mali admisit. Et ideo dt Ihe
remias q tunc plorans plorauit in
nocte et lacrime eius in maxillis ei⁹

Plorās plo rauit in nocte et lacrime eius ī maxillis eius

Exposita prius hac littera hystorice
de populo transmigrante secūdo alle-
gorice de ecclesia militante iam ter-
tio sequitur de anima penitente et la
crimosius lamentante plorans plora
uit in nocte et c. Tertio igitur in hac
lr̄a propheta frontose arguit ypo-
critas et reprehendit plorant eīm ypo
crite de die et nō de nocte in luce non
in tenebris in publico nō in latibulis
corā populo nō ī angulis nō silēter sz
cū gemitibz nō latēter sz cū singultibz vt
sci iustiq deuoti reputēt quos alloqt
saluator Marc.v.vt qd turbami et
ploratis.q.d.frustra qr veraciter mer
cedē suā eo q nō interi⁹ qrūt veritatē
sz exteri⁹ vanitatē. sic igit docz btūs
aug. sup eplāz pauli ad collo. ypocri-
te oia opa faciūt vt hoibz appeāt et eo
qui⁹ peccāt quo dolo affcāto hoies de
ludūt seipsos decipiūt et deū irritant.
Simulata ei eqtas ñ ē eqtas sz iniqtas
Simulata eaā veritas nō est veritas

sed vanitas. Ideo omīs ypocrisis cul-
pā sibi geminat et penā duplicē ꝯme
retur. Hec ille. Vn̄ et saluator Ma
thei xxiij. Ve vobis ypocrite qui mū
datis qđ de foris est intus autē pleni
estis omī immūdicia. Similes estis
sepulchris dealbatis que a foris ap-
parent hominibꝫ speciosa. intus autē
pleni sunt ossibus mortuoꝝ et omni
spurcicia. Tales igitur ꝑcce. curās
reducere ab apparencia ad existenciā
ab ostentatione ad occultationē. de va
nitate ad veritatē. de iniquitate ad e-
quitatem. verū penitentē quasi specu
lū salutis talibus opponit cū dt plo-
X rans plorauit in nocte ⁊c. Igitur ꝑ
isto versiculo vacando circa descrip-
tionē cuiuslibet hominis in misero mū
do exulantis et suū incolatū lamētan
tis primo iuxta septē dies septimane
sibi inuicem succedentes et vsualiter
discurrentes pono septē noctes diffor
mes moraliter correspondentes in quoꝝ
qualibet nocte occurrūt septem hore
ꝯsequentes. Et sic ꝑ septē septena-
ria dabitur peccatori materia deplan
gendi sua facinora. Unde ⁊ hec yma-
ginatio ꝯfiguratur ⁊ ꝯfirmat ex mē
sura tēporis ad lugēdū coordinati ab
eccl̄ia qꝫ etiā dedicatur Ieiunio a qn
quagesima vsqꝫ pasca in quo tēpore
occurrūt septimane septē sibi succe-
dentes ⁊ in qualibet septimana occur
runt septem ferie seu septem dies se
consequentes in quibus anima pecca
trix et compuncta ex lepra culpe trās
formata in lacrimarum diluuio quasi
naaman sirus i iordanis fluuio se dēt
sepcies baluere vt fiat munda ⁊ re
formata vt sic littera verum locū ha

beat qꝫ plorans plorauit in nocte. Si
cut igitur ymaginat̄ berū. sup canti.
omelia lv. sup illud. In lectulo meo
quesiui quem diligit anima mea mū
dus iste noctes habet multas. vita eci
am hominis multas habet noctes In
quibus qꝛ quod queritur nō inueni-
tur ⁊ qđ oditur inuenit. ꝯtinue plā-
gendū est et plorandū quasi in nocti-
bus desolationis. igitur sic tam ex for
ma q̄ꝫ ex materia ꝯcluditur de pecca
tore et penitēcia eius qꝫ plorās plora
uit in nocte ⁊ lacrime eius in maxil
lis eius. Prima igitur nox que
sol est seu diei dominice est nox tran
situs temporalis. Secunda nox que
est diei lune est nox defectus natura
lis. Tercia nox que est diei martis
est nox culpe mortalis. Quarta nox
que est diei mercurij est nox pene ꝑ
sonalis. Quinta nox que est diei io-
uis est nox obtenebrationis animalis
Sexta nox que est diei veneris ē nox
immutationis corporalis Septima nox
que est diei saturni seu sabbati ē nox
desolationis vniuersalis. In istis igi
tur septem noctibus peccator penitēs
planget se semp ⁊ plorabit donec de
captiuitate fuerit educt9 ⁊ ad patriā
ꝑditā fuerit rēduct9 Notādū ē hic ad
ꝓpositū qꝫ iuxt vij nocturnas vigilias
nox oīs diuidit i vij. horas. sic igit te-
stat ysid. ethio. li. v. c. iiij. et beda de
ymagie mūdi li. ij. c. ix. noctes sic di
uidūt ⁊ hore noctis sic describūt. oīs
nox breuissiā ⁊ lōgissiā diuidit i vespe
rū crepusculū ꝯticiniū i tēpesiū galli
ciniū ⁊ matutinum ⁊ diluculum.
Durat igitur omnis nox a solis occa
su vsqꝫ ad eius ortum. Est autem L



vesperum illud tēpus quod immedia
te sequitur post solis occasum. ⁊ dici
tur vesperum ab illa stella occidētali
que dꝛ vesꝑ que solē sequit̄ in occiden
tē ⁊ p̄cedit tenebras subsequētes. vn̄
Virgilius. Ante diē clauso ꝯponit
vesꝑ olimpo. Crepusculus vo est lux
dubia. i. tempus inter lucē diei et te-
nebras noctis caligiosas. Crepon em̄
grece dꝛ dubiū latine. Conticiniū dꝛ
generale silenciū. i. qn̄ omēs solēt in
ciuitate ꝯticescere. ꝯticescere em̄ sile
re est. Intēpestū vero est media nox
cū nichil solemꝰ opari et ideo dꝛ inas
ctuosa qꝛ sine actibꝫ hominū nā tēpus
ꝑ se nō intelligitur nisi ꝑ actus huma
nos. Mediū aūt noctis dꝛ intēpestū
. i. sine tēpe hoc ē sine actu et ope quo
dinoscitur tēpus. Intēpestū igitur
dꝛ tempus medie noctis qn̄ nihil agi
p̄t sed cīa in sopore ꝯquiescūt Gal
liciniū ē hora noctis illa qn̄ galli suo
cantu noctē trāsire denūciant ⁊ diem
venturū p̄nūciant matutiniū est illud
tempus inter abscessum tenebrarū et
aduentū aurore. qꝛ tūc est mane Di
luculū est hora illa qn̄ lux diei primo
aa incipit appere. Hec hora dꝛ aurora
que solē p̄cedit. i. clarescētis diei ex-
ordiū qn̄ primo splendor in aere ꝑci-
pitur et ꝯpet. Istis igitur septē ho-
ris noctis tam naturalis ꝙ moralis
erit planctus penitentis tā corporalis
ꝙ mentalis vt impleatur hoc lamētū
ꝓphete ꝙ plorans plorauit in nocte
⁊c̄. Iā hic locū in ꝓposito hꝫ illud do
lorosum vt estimo ponit flactus de vi
sionibꝫ sibille li. iij. parte ij. ca. iiij. vidi
inquit sibilla et ecce mulier quasi vi-
dua ꝯquit sup mōtē in heremo vt ani
me sue amaritudinē septē noctibꝫ de-
ploraret et ecce septē noctes aduene
rūt et facta est nox prima mora bre-
uissime ad instar puncti. nox secunda
plena erat instabili intemperie. nox
tercia obscura nimis horroribꝫqꝫ ple
na atqꝫ fantasmatibꝰ nox autē quar
ta penalis valde visa est ex ventis bo-
rialibus et grandinibus inundantibꝫ
nox vero quinta eclipsibus vij. confu
sa est nox quoqꝫ sexta humida nimis
atqꝫ ymbrifera ex resolutione mirabi
li pluuijs distillabat. nox vero septi-
ma terribilis nimis et tremenda ha-
bens fulgura voces et tonitrua. Hec
ille. Hec visio mirabilis de muliere
lamentabili de septem noctibus luctꝰ
et infortunijs eius adaptari optime
potest anime penitenti de qua prophe
tatum est ꝙ plorans plorauit in no-
cte et lacrima eius in maxillis eius.
Anima em̄ quasi mulier falsa et fa-
tua bifrons ⁊ bifida ⁊ quasi vidua ex
lege reputata est cum propter pecca
tum suum a xpristo sponso derelicta
est et repudiata nec tamen finaliter
derelicta dꝛ nec semper vidua dicta ē
sed quasi vidua dicta ē quia quādocū
qꝫ penitet ad sponsum redit et recipi
tur in visceribus caritatis. Hec igi-
tur mulier super montem sedebat in
heremo vt anime sue deploraret ama
ritudinem. Iste mons heremi est in
tensa contricio doloris animi sicut te
statur Cristinus de cordis contri-
tione seu compunctione libro secundo
Beatus inquit dauid ita erat in po bb
testate positus tamq̄m oībus ip̄e eēt
subiectꝰ ⁊ i solio regali ip̄e erat q̄i
victꝰ i merore ⁊ i purpura q̄i i alicio

iacebat cinere ↄspersus ⁊ tādē ↄpū
ctus. Aula regalis erat ei quasi here
mi vastissima solitudo. Hec aūt oīa
in eo agebat cordis ↄpūctio statuens
se sup̄ se in dolore. Hec em̄ sola est
que animā horrescere facit vestē pur
puream desiderare ciliciū amare ama
ras lacrimas ⁊ risum fugere mūdia
lem. Sola em̄ ↄpūctio que velut ig-
nis oīs aīe purit viciū et amoris
inflammat incendium. Et sicut ne-
quit stare puluis ante faciē venti ita
nichil male cogitationis in anima re
sidere poterit vbi ↄpūctio cordis affu
erit. Hec ille. Anima igitur peni
tens mūdum quasi patriā et parente
lam quasi regnū et domū deserens de
sertū doloris intrabit ⁊ montē ascen
dens ↄtritionis animi sui amaritudi
nē sub septē noctibꝫ deplorabit vt sic
de aīa vera sit vox ꝓphete ꝙ plorās
plorauit in nocte. Prima igitur
nox est nox transitus tēpalis. Oīa
em̄ habent tēpus ⁊ in tēpibꝫ suis trā
seūt vniuersa et hoc est qd̄ scribit. i.
ioh. ij. mūdus transit ⁊ ↄcupiscencia
eius transeūt vniuersa sub celo et tn̄
nichil velocius tpe. Et s̄m Bern̄. su
p̄ cant. omelia lv. Discursus vite p̄n
tis est vna nox habēs multas noctes
transeūtes ⁊ hinc ione iiij. scribitur
sub vna nocte nata ē edera ⁊ sub vna
nocte aruit sub cuius vmbra Jonas
quiescēs letatus est q̄ est gloria mū
dialis seu vita temporalis que simul
incipit et desinit simul crescit et decre
scit simul venit et vadit simul stat ⁊
transit simul appet et dispet et hinc
scribitur Sap̄. ij. vmbre transitus ē
tēpus nostrum super terram. Hec
em̄ nox presentis vite que est transi
tus temporalis habet septē horas ad
modum omnis noctis naturalis que
sunt septē millenaria annoꝝ seculi
vt̄ multi sanctorum patrum videntur
opinari ꝙ licet solus deus sciat tamē
ex multis ↄgruencijs multiplicā dies
durant ꝙ dies humani exilij sup̄ ter
ram non excedent septem millenaria
annoꝝ et hoc videtur sequi ex ꝓphe-
cia beati methodij martiris ⁊ ex Cri
sostomo in ope ipfcō b. xvi. de vinea
ex frecalfo pte prima li. vij. et ex au
gustino in questionibꝫ noui ⁊ veteris
testamenti ca. cvi. Sex inquit dieb9
facta sunt omnia et septima dies qui
etis est sic in sexto mūdi millenario
homo recreatus erit sicut die sexta
creatus fuerat et in septimo inueniet
requiem sempiternam. Oppināt̄ur
em̄ seniores nostri perfectam sancto-
rū requiem nō longe esse sed ibi sep-
timo seculi millenario erit hec gloria
sanctis eius. Hec ille. Hui9 ergo p̄
me noctis deplorande hore vij. sunt se
ptē annoꝝ millenaria et tamen vm
bre transitus est hoc totū temp9 sup̄
terram. vnde et s̄m descriptionem si
bille prima nox facta est more bre
uissime ad instar puncti habendo em̄
respectum ad esse eternum cuius exte
sio est infinita totum tempus possibi
le ad instar puncti reperitur et tota
se licitas que sigi fingitur et ↄtinuus
transitus exigitur. Dicit deuote des
durit ysid. de su. bo. li. iij. ca. lix. hec vi
ta mortifera impioꝝ oculis lōga ap
pet ⁊ amabilis i oculis aūt iustoꝝ bre
uis ⁊ amara q̄ ei vite p̄ntis amaritu
diné ex ei9 fine ↄsiderat ꝙ sit breuis ⁊



flebilis satis vtiliter pensat. vita eīm
presens quia in ipsis suis incremētis
desinit breuis est. suo eīm augmento
pit. dum id quod videtur in futuro
proficere in preterito desinit. Tela cō
sumatur filis et vita hominis exple-
tur diebus singulis. et ideo dū in hac
vita viuitur queritur vtrū decremen
tū vel incrementū rectius dicat. Sz
quo modo dici pt recta ratione augmē
tū qd p etatū decursum ad mortis de
fluit decrementum. q. d. nullo modo.
Hanc igitur noctem breuissimā cū
ee suis septē horis et vigilijs reuoluat
et recogitet deplangat et deploret ve
rus penitens in septem diebz prime
ebdomade x. que incipit a dn̄ica. l. vt
sic hec etiā nox prima sit nox solis seu
diei dn̄ice ipsius quinquagesime. Vn̄
teste ysid. de ordine creaturaꝝ ca. v.
sicut ppter pctm̄ primi hominis sol
suā sic pdidit claritatē q solūmō sep
timā ptem lucis in se retinuit sic & in
hac nocte transitus tpalis homo qui
est ymago summi solis lumen gracie
pdit cotidie. Et ideo sicut crescit et
decrescit de die in diem sic etiā suspi
rans et eiulans crescet et curret de v
tute in virtutem. Et sic sub septē ho
ris huius prime noctis intimius de-
flende septē virtutes deꝑdite sunt de-
plangende et inquirende vt sic etiam
de anima penitente vera sit vox ppħe
cie q plorans plorauit in nocte. Si
igitur sic plorauerītis donec virtutes
inueneritis tūc tristicia vestra verte-
tur in gaudiū tūc pena vestra vertet
in premiū. tūc tediū vestrū vertur in
remediū. tūc seruitus inueniet verū
dominiū Et hec plane ɔcludunt ysa.
iij. Plorans inquit nequaq̄ plora-
bis qz miserans miserebit tui suple
ille cui ppriū est misereri & parcere
et ad vocē clamoris tui stati vt audi
et respondebit et non faciet vltra a te
anhelare decorem tuum sed erunt ocu
li tui videntes receptorem tuum et
aures tue audient sibilum post ter-
gum mouentis. Hec est via ambula
te in ea neqz ad dexteram neqz ad si-
nistram declinetis. Et hoc confirma
tur quasi per bedam in exortationi-
bus suis ca. cxxv. Si quis velit leta
ri in die leticie prius in hac vita tri-
stetur cum xpristo in nocte mesticie
ploret hic ne ploret in perpetuum.
condoleat hic ne doleat ineternum. si
nolet plorare ploret. si nolet dolere do
leat. si velit saluari suspiret. si velit
delectari ingemiscat et plangat de do
lore ad dolorem de pena ad penam de
miseria ad miseriam quidam cū pha
raone transeunt de gaudio uo ad gau-
dium de gloria ad gloriam de dilicijs
ad dilicias de leticia ad leticiam nul-
lum transisse memini nec estimo trā
siturum. Hec ille. Si igitur que
rat quis cum saule primo Regū xi.
quid habet populus q sic plorat. Re
spondeo q plorans plorauit in nocte
huius mundi propter culpam prop-
ter penam propter pudorem et prop
ter amorem. Plorare enim habet ho
mo propter culpam originalem et p
pter culpam actualem. Sm q deuo-
te docet Petrus Rauen. sermone du
centesimosecundo. Vox in rama audi
ta est &c. Rachel inquit est aīa deo
dilecta in se inferens ymaginē dei. et
ideo sponsa hec mōte defti desolatoriū


limpidissime ↄtritionis conscendens
plangit plorat eiulat & vlulat super
dolore operum suorum que quasi filie
morte culpe corruerunt Surge ergo
anima mea & plange casum originalē
Sed pocius obserua om̄s vigilias no
ctis vite veteris et plora p singulas
casum tuū actualem. In adam enim
corruisti sed in te. te occidisti igitur
in te deplora te. qꝛ cūcta extra te pe-
iorata ꝓpter te incessanter accusant
te. Hec ille. Si igitur aīa penitens
sic dolens fleuerit feliciter et ↄtinue
tūc habet ꝓpositū ꝓphē. q plorans
plorauit in nocte. Secūdo plorare de
bet homo quasi deo ↄquerendo ꝓpter
penā interiorē et exteriorē. De interi
ori enī afflictione testat Greg. xxiij.
moꝝ. ca. xiij. Quatuor inquit sunt
qualitates quibꝫ anima iusti viri in
ↄpūctione ↄtritionis vehemēter affici
tur. Cū actuū maloꝝ suoꝝ reminis
scitur ↄsiderās secūdo vbi fuit aut in
diciorꝝ dei metuēs sententiā & secum
querens cogitans vbi erit. aut cū ma
la vite p̄ntis sollerter attendens me
rens ↄsiderat vbi est. aut cū bona su
pne patrie ↄtēplatur que qꝛ nec dū
adipiscitur lugens ↄspiat vbi nō est
Hec ille De exteriori vero afflicti
one peccatoris penitētis sic viscerose
miserat btūs Aug. sup illō ps. Si
cut miseretur pr̄ filioꝝ misertus est
dn̄s timentibꝫ se. Tantū inquit seui
at deus q̄ntū vult pr̄ est. Si flagella
uerit nos si ↄtriuerit nos pr̄ est. quē
diligit castigat. om̄ez enī quē in filiū
recipit flagellat vt diligat ergo fili si
ploras sub patre plora nō cū indig-
natione pene sed cū ↄtritione culpe.

Medicina enī est nō pena. castigatio
nō dampnatio. Noli repellere flagel
lū sed si nō vis repelli ab hereditate
noli attendere durū baculū si non vis
excludi a felicitate si doleas sub feri-
ente gladio respicias promissum qd
tibi legatum est in testamento et con
spicias attende thronum tibi preparā
tum in regno. Hec ille Sub isto igi
tur piissimo patre plora vt videat re
rum in te esse verbum ꝓphete q plo-
rans plorauit in nocte Tercio ha- gg
bet plorare peccator homo pro pudore
nature et pro pudore facture de pudē
da infectione naturali iam locum ha
bet dictum illius dea ssimi bernardi
i speculo p̄nie pte tercia O generacō
flebilis o infelix Cui9 pater sollici-
tudo horrenda cuius mater turpitu-
do pudenda cuius soror et sona vilis
in mūdicia cuius nutrix & ductrix fal
sa & facta cuius vxor & sponsa volup
tuosa culpa cuius heres et fil a pena
per amara. Hec ille. Quis ergo si-
ne pudore penali vere considerabit de
quo factus est homo quid faciet homo
quid facturus est homo. Sane forma
tus de terra conceptus in culpa na-
tus in pena agit praua que nō licēt
turpia que non decent vana que non
expediunt Fiet vero cibus ignis esca
vermis massa putredinis vite pudor
dolorosus Formatus est enī homo de
luto de puluere de cinere. ymmo qd
vilius est conceptus ex prurito car-
nis ex feruore libidinis in fetore lux
urie quod quocumqꝫ etiam deterius
est in labe peccati natus est ad laborē
timorem et dolorem. Agit p̄ua quibꝫ
offendit deum proximū & seip̄m. Agit



turpia quibꝫ polluit famā ꝑsonā et cō
sciencā Agit vanā quibus negligit
bona vtilia et necessaria. Fit ab⁹ ig
nis qui semꝑ ardet inextinguibilis.
Fit esca vermis qui semꝑ rodit im
mortalis Massa putredinis que sem
ꝑ fetet et sordet horribilis ergo testā
te mercenario metrico Si quis sentiret
quid esset et vnde veniret nūꝗ gaude
ret sed in om̄i tempe fleret. Ergo ꝓ
pudore facture tue erubesce et plora:
qꝛ ſm beatū Jheron. in cōmētario suo
suꝑ eze. li. v. suꝑ illud. Tu porta cōfu
sionē tuā secūda tabula post naufra-
giū est cū peccaueris erubescere ⁊ ex
pudore detestari atqꝫ ex abhominatio
ne ꝑdilecta pctā deplorare ac plange
re. Dicat igitur peccator penitēs cū
ꝓpheta. Quis dabit oculis meis fon
tē lacrimaꝝ vt sꝫ ꝑpetue plorē mee
cōditionis ingressum miserabilē. mee
operationis ꝓgressum culpabilē. ⁊ mee
dissolutionis egressum lamentabilē. vt
sic ex ꝑte penitentis pudore peccato-
ris verissima sit vox ꝓphete ꝗ plorās
hh plorauit in nocte. Quarto peccator
homo plorare habet ex amore xp̄i in
cruce cruentati et regni celoꝝ sic ꝓlō
gati. Exemplū de primo ponit carno
tēn. in suo policraticon li. viij. ca. xi.
Erat inquit apud ephesum sponsa q̄
dam speciosa et virtuosa cui⁹ vir cū
mortuus fuerat ad tumulandūqꝫ de-
portatus illa nō more mulieꝝ cōsueta
vulgari flebiliter fun⁹ ꝓsequitur sꝫ
crinibꝫ sparsis pectore denudato nul-
lo modo in cōspectu freqn̄cie plange-
bat sed in cōditoriū ꝑscauta est defun
ctū vbi cadauer custodiens totis die
bus et noctibꝫ ꝑmanebat plangens ⁊
plorans nec sic affectā abducere pote
rant parētes nec ꝓpinqui Cūqꝫ sic q̄n
qꝫ dies sine alimento deplorasset. vix
necessaria nature aliquociēs sumpsit
sine lacrimis dolorosis. Hec sponsa ē
om̄is anima deuota grata et cōpuncta
cuius vir est filius dei mortuus ⁊ se
pultus iuxta legem carnis mortalis
cuius mortē ex federe fidelis amoris
instanter et incessanter deplangit et
deplorat anima amorosa immo tales
lacrimas ex amore intenso anima cō
putat esse dilicias sicut testatur aug.
cōfessionū li. v. Ecce inquit dn̄e ihesu
Ecce es in corde cōfitēciū te et ꝓpiciā
ciū se in te ⁊ plorāciū in sinu tuo post
vias suas difficiles. sed tu facile ter-
gis lacrimas eoꝝ in te vt ip̄i magis
plorent et gaudeant in fletib⁹ ꝓpter
te. Hec ille. O igitur dulcissime ih̄u
si dulce est de te flere in mūdo ꝗ dul
ce est in te gaudere in celo. Et ido si
cut deuote plorandū est ꝓ xp̄o in cru
ce cruentato sic et plorandū est ꝓ re-
gno celoꝝ a filijs gracie ꝓlongato.
Et hec ē ꝑmagiatio venerabilis ans.
ꝑmo cur deus homo ca. xxvi. Tātus
inquit debet esse in hac vita mortali
amor et desideriū ꝑueniendi ad illud
ad quod factus es et tantus erit do
lor ꝗ ibi non dum es et tantus erit
timor ne illic non ꝑuenias vt nul-
lam leticiam sentire debeas nisi i hijs
que tibi auxiliū ⁊ spem dāt illuc per
ueniendi. Et hoc est qd breuiter cō-
cludit ps̄. Heu michi qꝛ incolatus
meus ꝓlongatus est. Et bene discu
ciendo septē horas seu septē vigilias
hui⁹ noctis prime anima peccatrix in
mensam materiam habebit maximě

tristicie vt loquit habacuk ꝓphetia ꝓphe
te ꝙ anima penitens plorans plora-
ii uit in nocte Secūdo secūda nox no
ctiū cū suis septē horis deploranda i
secūda ebdomada quadragesime cum
suis septē diebȝ est nox defect⁹ natu
ralis. natura nāqȝ nostra in sui crea-
tione in statu innocencie fuit sine om
ni vestigio macule sed per peccatū ꝑ
didit septē nobilitatis ꝑconia ⁊ indu
it septē contagia calamitatis. Et sic se
ptē vigilias vite in septē horas mor-
tis peccatū commutauit. Dicit enī ysid
de nūo ca. vij. ꝙ vij. sunt mirabilia q̄
i hoc seculo ꝑdita nō repiūtur scȝ iu
uentus sine senectute regnū sine com
mutatione voluptas sine iniuria pax
sine discordia. lux sine tenebris gau-
diū sine tristicia et vita sine morte.
Hijs septē mirabilibȝ anima olim do
tata fuit sed illa per peccatū ꝑdidit
et alia septē induit que sunt error et
horror terror et timor liuor labor et
languor et hee septē hore hui⁹ noctis
deplorande sunt. de qua scribitur iob
iij. noctem illā tenebrosus turbo pos
sideat nec computetur in dieb⁹ anni
nec numeretur in mensibȝ sit nox illa so
litaria nec laude digna. maledicant ei
qui maledicūt diei obtenebrent stel
le caligine eius. i. obtenebrentur ꝓp
ter peccatū hominis. Vn̄ hec nox diei
lune dici p̄t Dicit enī Allexāder nec
ham de natura li. i. ca. xxvi. ⁊ ysid. de
ordine creaturaꝝ ca. v. ꝙ ꝓpter pec
catū Ade fulgor omniū planetaꝝ et
stellaꝝ dispendiū et diminutionē sus
stinuit claritatis. Luna vero q̄ ter-
ris ꝓpinquior et hominibȝ vicinior ē
ceteris omībȝ ac q̄ humanis aspecti-
bus frequētius ac familiarius occur
rit Ideo sola maculā notabilē in se re
tinuit vt humanū peccatū hūane me
morie frequēci⁹ semꝑ repūtet Erāt
enī primi parentes demonibȝ decepti ec-
ce error. Erant peccatis infecti. ecce
horror. Erant exilio relegati ecce ter
ror. Erant in mortis ergastulo con-
dempnati ecce timor Erant ei hostes
dānati. ecce liuor. Terrā i sudore sunt
operati ecce labor Miserijs multiplica-
rijs sunt anxie agitati ecce languor.
Et hee sunt septē hore lacrimabilis
noctis quā genus humanū vniūsum
deplangit et deplorat sicut scribitur
Sapiencie vij. Primā vocē similē oi
bus emisi plorans. Vnde in signū ve-
ritatis hui⁹ dicit ypocras de secretis
nature et lincolū. in illa p̄ma visitacō hic
ne Cui nūꝙ͂ coniūgere valebit stellas
micātes pliades ⁊c. ꝙ fetus in ma-
tris vtero quasi in quodā connaturali
loco calido vsqȝ ad ꝑtū semꝑ dormit
Cū vero vterū exiens natus in mun
dū fuerit et aerem frigidiorē ⁊ aspe-
riorē senserit tūc ꝓpter penā inflictā
primā vocē emittit eiulatus et plora
tus. Ex clamore enī doloroso paruulus
recenter natus ꝓbatur sibi de futuro
penā ꝓpriā ꝓphetare et ex mō eiulā-
di ꝓbatur de p̄terito. De primis pa-
rentibȝ ꝓphetasse. Hec illi. Et ideo
dicit Innocencius de miseria huma-
ne conditionis. parte prima ca. v. ꝙ oēs
nascimur eiulantes vt nature miseri
am exprimamus. Masculus enī recē
ter natus clamat A. Femina clamat
E dicentes E vel A quotquot na-
scuntur ab eua. Hec ille. Sic enī per
peccatū vulneratur ⁊ infirmat nata



vt eciā defectus miserie quasi ɔnatu
rales nobis incorporantur. Et ideo in
signū imitatiuū φ tota vita est plora
bilis dr φ primā vocē similē omibus
emisi plorans. Formit eīn deꝰ plane
tas & stellas de igne flatus et ventos
ex aere. volucres et pisces ex aqua &
homines et iumenta de terra creauit
Considerans igitur homo aquatica se
vilē inuenit. ɔsiderās aerea viliorem
se cognoscet. ɔsiderans vero ignea vi
lissimū se reputabit. Vnus eīn est ho
minū & iumentoꝝ interitus eq̄ vtri
usqz ɔditio cū de terra ortū hn̄t et in
terrā pariter reuertūtur Cū igitur ne
quit homo se parificare celestibz nec se
ꝓferre poterit terrestribz. nec solū ra
cōnē hz cū āgelis sz rōnē & spūs afflic
tionē nec laborē solūmodo habet cū be
stijs sed laborē et dolorē ideo vita ho
minis nocti ɔparatur inter vesperā et
aurorā quasi inter mortē et vitā in
ter celū et infernū inter gloriā & mi
seriā vnqz agitata. Vnde et hec ē nox
secunda quā vidit sibilla instabili in
tēperie occupari. Sed quō ostendit ve
nerabilis beda in exortationibz c. xix
Memento inquit homo quis es et q̄
lis vbi es tu & vbi nō es tu. Es ima
go vniūse vanitatis a natura nō crea
ta sed deformata qz vniuersa vanitas
est oīs homo viuens te verā mortis
ymaginē coloribz ɔfusionis depinxit
peccatum. Et ymagines peccatorum
ac penarum defectuū et miseriaꝝ tu i
teipso ptraxisti. Statue igitur te an
te et ɔsidera te in ymagine tua et te
videbis miserabilem monstrum in na
tura. cuius figura nō habet similē in
creaturis. cuius picturā si cernerent
vniuersa ɔtenalā abhorrerent Semp
curris in circulo mortis. modo maior
modo minor et nūq̄ in eodem statu
permanes. quantum eīn corpus cre
scit tantum vita decrescēs desinit Ex
plora igitur te diligenter et instāter
et incessanter te deplora. quia nichil ē
in vniuerso quod ad dolorem et plora
tum nō ꝓuocasti. Hec ille. Sic igi
tur si plorauerit anima penitens. ve
ra iterum erit vox ꝓphete φ plorans
plorauit i nocte Tercio tercia nox
quam anima peccatrix & penitens ha
bet deplorare est nox culpe mortalis.
Cuius septē hore lamentabiles sunt
septem peccata capitalia que sunt su
perbia auaricia inuidia ira luxuria gu
la et accidia. Has horas noctis qui
dam plangunt et diem inueniūt et ta
les sunt qui vitam veterem abhorrēt
et continue penitent. De quibus ve
rum est illud Job xvij. Noctem ver
terunt in diem noctem scilicet culpe
in diem gracie. Quidam vero has ho
ras plangunt et diem nūq̄ inueni
unt quia lucem non habent solarem:
sed solummodo lunarem. Et tales
sunt qui alternis vicibus penitent et
peccant. Ad tempus eīn credunt &
in tempore temptationis recedūt De
quibus verum est illud Luce v. p to
tam noctem laborantes nihil cepimꝰ
Laborant eīn valde et frequenter in
dolore ɔtritionis. Sed eo φ recidi
uant nec piscem penitencie capiunt i
flumine laccimarum et momentanee
compūctionis. Et ideo tales per to
tam noctem culpe mortalis piscātur
et tamen nichil capiunt. querunt sem
per et optant sed nūq̄ inueniūt Et

causam reddit bertrand9 in collacibz suis collatione xxiij. Nox est inquit humoris gelatiua. erroris inductiua. horroris incussiua. et corpis impssiua Pari mō dicit ipse status culpe mortalis efficit affectū anime frigidū ad vitalem dilectionē. aspectū stupidum ad moralem electionē. cōiunctū horridū ad sonalem cōuersationē et conatū morbidum ad virtualem opationē et sic p peccatū spoliatur intellectus cognitione veritatis. affectus spoliatur pfectione sanctitatis. sensus spoliatur obseruatione castitatis et gestus spoliatur cōpositione honestatis. Et ideo peccatores p totā noctē vite culpe laborantes nichil capiūt. Hec ille. Debet ergo peccator sedulo facere cū se ipso semp pcutiendo et nūq̄ recidiuando vt vere dicat illud ꝓ Roma. xiij. Nox pcessit dies autē appropinquabit q̄si diceret vitā culpe terminaui viā g̃cie ichoaui. qz sicut dicit Greg. xxv mor. ca. xviij. Homo quasi dies in g̃cia claruit ex hac cōditione qz hūc auctor ingente innocentie splendore vite respersit sed in peccati tenebris lapsus qz vite veritatis lucē deseruit ib in nocte erroris quasi latenter se abscondit. Hanc igitur noctem describit sibilla superius esse obscuram nimis plenamqz horroribus et fantasmatibus quia sicut tales peccatores obscurantur in oculis g̃ quasi excecātur ymmo sic percussi sunt acrisia qz sicut Elizeus seruos regis sirie duxit in samariam sic et dyabolus seruos peccati ducit in perditionem. Est autem acrisia talis incantatio quādo homines oculos habent apertos g̃ tamē veritatem rei minime vident. Sic etiam dyabolus quasi callidissimus incalatorum peccatores incantauit: quia iuxta ps. Aures habent et non audient oculos habent et nō videbūt Plena etiam est hec nox culpe horroribus et fantasmatibus Et hoc est qd declarat beda in exhortationibus ca. xix. O inquit quot sunt amfractus intricati ymaginationū. O quot et quales inundationes fantasmatum in cogitationibus horrendis animi peccatoris Ibi inquit militant et principāt legiones demoniorum inter cateruas peccatorum atqz primus ille mortis magister quid ille mortalis milicie ductor illum exercitum exercitum p deuia mortis in yma tenebrarū abducit et equis pallidis culparum ad horrendum carcerem flebilium penarum Hec ille Bene igitur vita culpe seu culpa mortalis nocti compatur quia sm magistrum hystoriarum Rubrica de opere primo prime diei c. ij. g̃ sm Bedam de ymagine mundi li. ij. nox dicitur a nocendo eo q nocet oculis p̄cipue. Et in omnibus etiam vitā habentibus est nox malorum nutritiua est condensationis atqz imperfectiōis aeris causatiua est mūdanorum obūbratiua et validorum debilitatiua et p omnem modum sic est de culpa correspondenter. Est primo nox naturalis malorum nutritiua quia tunc fures et latrones insidiant occidūt spoliant et furantur tunc etiam fere seuiunt et depredantur. Tunc etiā pncipes tenebrarum precipue dn̄antur igitur nox est malorum nutritiua. Secundo ē cōdensationis g̃ imperfectiōis



aeris causatiua Dicit eñ albu. li. iij. dr̄a ij. q densitatē noctis oculi non pe netrant nisi lucētibȝ stellis ymmo tā ta foret ↄdensatio aeris in absenciā so lis de nocte q omne corpus animatū exspiraret et destrueretur ex noctis densitate ⁊ crassitudine nisi ūtus stel laꝝ illā noctis densitatē subtiliaret. Pari modo in nocte spūali que ē cul pa mortalis in absencia solis iusticie tanta esset ↄglobacio ⁊ coadunatio at qȝ inuasio ↄdensata malignoꝝ spiritu um q nisi esset ↄpassio et custodia an geloꝝ lucis principes tenebraꝝ pec catorē in momento extinguerent. Et hoc ↄfirmatur p ihero. in omelia de ā gelis. Est inquit circa homines fir ma angeloꝝ custodia quoꝝ auxilijs vnusquisqȝ ab inimicoꝝ insidijs libe ratur nec eñ posset tuta esse humana infirmitas inter tot et tātas hostiles insidias nisi sanctoꝝ angeloꝝ muni remur auxilio. Tercio nox est mūda noꝝ obscuratiua qꝛ testante basilio i suo examine omelia ij. Nox est ter re obumbratio que sole recedente in a ere generatur. Pari modo culpa est minoris mūdi. i. hominis obscuratiua quādo recedente sole grē vmbra mor tis in anima hospitatur. Quarto nox est forciū et validoꝝ infirmatiua ⁊ de bilitiua. quia dicit albu. li. ij. dr̄a. ij. ca. ij. q omnia corpa tam sublunaria q̄ maris natancia q̄ aeris volancia ⁊ tam terre nascencia q̄ crescencia oīa qȝ qd̄ aliqua vita regitur de nocte de bilitatur et quāto plus sol recedit tā to plus debiliora deueniūt q̄nto plus accedit tanto plus forciora deueniunt Pari modo culpa mortalis pre cun

ctis ymaginationibus plus animā de bilitat et infirmat nec mirum qꝛ hec est nox diei martis ſm haly. de iudi cijs astroꝝ Mars virtutē sui semo ris semper figit in malo excitat enim ad effusionē sanguinis et prelia mor tis. Pari modo culpa mortalis cōtra virtutem prelia p̄parat et ad effusio nem gracie i qua spiritus vite requi escit deordinat et disponit. Gracia enim plus q̄ sanguis est anime na ture ⁊ in gracie quasi in sanguine sa lus existit corporis et anime. Hanc igitur noctem miserabilem tantoꝝ ⁊ tot malorum inductiuam anima vere penitens deplangat et deploret p om nes septem horas suas Quia sic cla mat apostolus ad Romanos xiij. Ho ra est iam nos de sompno surgere Di cat ergo anima contrita peccatrix et compuncta illud Iheremie xiij. Plo rans plorabo et deducet oculus meus lacrimas. vt sic iterum iij. de anima contrita verificetur hec vox prophete Plorans plorauit in nocte. Quarto quarta nox a viatore quolibet lamēta bilis est nox ipsa mundialis cuius se ptem hore sunt septem genera pena rum que ponit fulgencius de numero ca. vij. que sunt dampnum vincula ig nominia verbera seruitus exilium et patibulum. Hec enim vij. filius dei passus est in exemplū infirmoꝝ He septem hore describuntur figuratiue per septem pliades in fronte tauri. Dicit eñ Beda de ymagine mūdi li bro primo q pliades sunt septē stel le in fronte tauri et effectus earꝫ est semp plurimas ↄducere pluuias Pa ri mō iste taurus potest dici dyabolus

pp̄ter singularē in substantiā et forti tudinem capitalem et pp̄ter audaciā vniuersalem de quibꝫ scribitur Job xli. Nō est potestas super terrā que compeť ei qui factus est vt nullū timeret. Omne sublime videt et ipse est rex super om̄s filios superbie. cornua huius tauri sunt tortores et tyranni huius mūdi qui habentes septem stellas. i. septem p̄dictas penas in frontali firmitate sue fortitudinis sanctos iustos ꝫ innocentes videt vim callāt ꝫ occidūt vnde de hac nocte scribitur Ruth primo. In hac nocte booz aream ordei ventilauit. Booz interpretatur in quo est fortitudo ꝫ ipse est deus dn̄s fortis et potens cui⁹ area est ecclesia ordeum est populus vētus est temporalis aduersitas qua deus temptat et probat quos corona re statuit et disposuit sicut in vento em̄ grana solida descendunt et palee cum vento discedunt ꝫ disperguntur et circumferuntur sic in tribulatione tempali iusti et sancti purgantur et solidantur super petram xp̄m et mūdi atqꝫ pfecti in granario angelorum reponūtur. Et hoc est qd̄ dicit Luce xvij. In nocte illa erunt duo in lecto vno vn⁹ assumetur et alius relinquetur Due molientes in mola vna assumetur ꝫ alia relinquetur duo in agro vnus assumetur et alter relinquetur. Supposito em̄ ꝙ p lectum intelligatur suauitas religionis p molam auiditas auariciarum p agrū sollicitudo et angustia fideliū mūdanorum tūc est sensus euangelicus ꝙ in omnibus istis gradibus sic vario mō flagellat deus ꝙ semp vnus assumitur et alius relinquitur. Quia s̄m Gregoriū xxvi. mor. c. xv. Omnes qui hic non flagellantur expectant eterna supplicia. Et tamen qꝛ multi sub flagello dei nō emendantur hic et in eternum flagellantur. Hanc igitur noctem sibilla bene describit superius penalem valde ex ventis borialibus ꝫ grādinibus inundantibus. Cū enim venti ab inferius ꝫ grandines a superius concurrunt. i. tribulatio simul a celo et mundo inuadit miserum existētem in medio tunc est hec nox sibi penalis valde teste beato Job qui passus erat a deo et derisus ab hominibꝫ et sic in sterquilinio sedit in concursu grandinis supernalis et venti mūdialis Omnes qui pie volunt viuere in xp̄isto ihesu psecutionem paciē tur secunda thimo. iij. Hic est ventus borialis vndeqꝫ nociuus et penalis qui omnib⁹ electis contrariatur Et hoc est quod de apostolis in mari remigantibus quasi quibuscumqꝫ electis in mundo versus portum celi nauigātibus dicitur Mathei vi. ꝙ erāt discipuli laborando in remigando erat enim ventus contrari⁹ illis Hec igitur est nox diei mercurij. Mercurius s̄m haly de iudicijs astrorum disponit hominem ad inuestigationem diuinorum et ad subtiliationem digitorum et ideo boni mechanici dicūtur mercuriari. Pari modo in nocte naturali correspondenter reperio ꝙ est lucidorum astrorum manifestatiua ꝫ est colorum dubiorum occultatiua. Sic eciam pena temporalis in sui aduersitate ostendit que sunt in firmamento sidei firmi mundi sci solidi secundi



luc' di quasi stellaris claritatis· Sed
est coloꝝ occultatiua qꜫ cū malis bo-
ni et boni cū malis pmixti flagellant
Ideo cuius coloris sunt an albedinis
en nigredine·i· an sint filij regni an
pditionis occultū est mūdo nō mani-
festū· Scribitur eccia̅stes ix· Nescit
homo vtꝝ amore vel odio dignus sit
sed oīa in futurꝝ reseruātur incer-
ta eo ꝙ vniuersa eque veniāt iusto et
iniusto bono et malo pio et impio mū
do et immūdo immolant victimas ꝯ sa
crificia ꝯtempnenti ergo si vis eē cer
tus hanc noctem plange et deplora te
incertū qꜫ verba interdum fallūt sed
lacrime minime fallūt Et hoc est qđ
ponit venerabilis beda in exhortacōni
bus ca·cxix· Si penā sentis querelā
deo referas qꜫ medicus est si medelā
appetis quare nō ploras· Signa eīm
dolori c frustrati pnt. lacrime fluētes
quicquid petūt acapiūt· Hec ille·
Si igitur acceptam deo vis tuam eē
querelam igitur tuā publice sibi de-
plora penā vt tibi in testimoniū sit il
la vox ꝯplete ꝙ plorans plorauit in
pp nocte Quinto quinta nox aie pec-
catricis deploranda est nox obscuratio-
nis animalis sicut pꝫ in floribꝫ bern-
di li·ij·ca·iiij· Oportet ymaginē illi
dei in oībꝫ ꝯuenire cuius est yma-
go cū igitur deus sit summū bonū et
anima ad ymaginē dei facta fuerat oꝫ
animā omniū bonoꝝ in se ferre yma
ginē In cuius signū anctoꝛ de ꝓprie
tatibꝫ elementoꝝ li·i·ꝓprietate v·so
lē deo assimilat et animā lune compa
rat Sol inquit fons est vite terreno
rū ymaginē monstrat summi solis q̄
est vita vniuersorum· Luna vero soli

ꝯiuncta et nouiter illustrata est ani-
ma ymago dei·lumine gracie ir radia
ta· Luna ꝯmunicationē habet cū ter-
ra et anima cū corpe terreno· Luna
triformis est figure qꜫ quasi archus
in nouilunio semicirculus solidus in
medio et circulus pfectus in plenilu-
nio Anima vero tripcita est in poten
cijs p intellectū eīm quasi archus con
cauus recipit· p memoriā autē quasi
p semicirculū spe solide cognoscit per
voluntatē vero rectā quasi per circulū
perfectionis se perficit. Sicut eciam
luna plena est solari lumine· sic ani-
ma in sui creatione repleta quasi ima
go dei fuit splendore gracie· Hec ille
Vnde et consequenter anima ade in-
fusa multipliciter describitur egregie
ecclesiastici·l·stella matutina in me-
dio nebule et quasi luna plena et qua
si sol refulgēs sic refulsit in tēplo dei
Vnde prima coꝛ·vi· Nescitis quoni
am mēbra vestra templū sunt spiri-
tus sancti quasi archus refulgens in
ter nebulas glorie·i· angelorum ꝯ q̄
si flos rosarum in diebus veris ꝯ qua
si lilia in transitu aque ꝯ quasi thus
redolens in diebus estatis et quasi ig
nis effulgens et quasi ardens in igne
quasi vas auri solidum ornatum om
ni lapide precioso quasi oliua pullu-
lans ꝯ quasi cipressus in altitudine se
extollens accepit stolam gracie et ve
stimentum eius consummatio virtu
tis ē· Hec igitur stella matutina q̄
est anima rationalis in corpore quasi
in medio carnalis nebule in statu in
nocencie emisit septem radios virtu
de excellencie quia sm fulgencium in
suo numerario ca·vij·anima in statu

hinnotendāe septē radijs vniuersum de
corabat qui sunt humilitas veritas e
quitas caritas stabilitas sanctitas vir
tuosa societas et pacis concordia. Et si
cut tangit wilhelmus de montib9 in
suo mīali ca. xxvi. Anima p peccatū
correspondenter ad istos radios septēpli
citer tenebratur vnde et hanc noctem
sibilla superius bene descripsit vij. ec
clipsibꝫ esse confusam. Anima enī que
lune plene similis erat iam ſm wil
helmū vbi supra istis septē eclipsat
que sunt supbia mendaciū homicidiū
inuidia iniqua stabilitas dolosa dupli
citas et legis discordia. Et hoc pbat
p scripturā hoc innuentē prū. vi. Sex
sunt que odit deus et septimū vero ab
hominatur anima eius oculos subli
mes. Ecce hic humilitas exulat et su
pbia inhabitat linguā mendacē Ec
ce hic veritas exulat et mendaciū in
habitat Manus effundentes sangui
nem innocentē. Ecce hic equitas exu
lat et homicidiū inhabitat Cor ma
chinans cogitationes pessimas. Ec
ce caritas hic exulat et inuidia inha
bitat Pedes veloces ad currendū in
malū Ecce hic stabilis sanctitas exu
lat et stabilis iniquitas inhitat Pro
ferentē mendacia testem fallacem Ec
ce hic virtuosa societas exulat et dolo
sa duplicitas inhabitat Et eos qui se
mināt inter fratres discordiam. Ec
ce hic concordia exulat pacis et discor
Q dia legis inhabitat. Ista igitur vij.
lamentabilia sunt septē eclipses que
septem radios supdictos obtenebrāt
Hee sunt septem hore huius noctis
tenebrose que ad planctū et ploratū
plurimos prouocauerunt. Hij sunt se
ptē boues de nili fluuio ascendentes
fedi ac macilenti supra modū qui sep
tem alios boues p̄ascēdentes pulcros
et crassos et obesis carnibus quorum
mira fuit species in momento deuora
uerunt Gen. xli. Hec igitur nox de
solatoria cum suis septem horis de
ploranda est dominica quinta quadra
gesime sub suis septem diebus et est
nox diei iouis. Jupiter vero ſm ha
ly de iudicijs astrorum Est planeta
humidus et hominē disponit vt terrā
communiter respiciat. Ex ista descrip
tione duo mihi colligo quia tenebras
et lacrimas. Cum enī terra sit cor
pus opacum. Igitur cum terram re
spicias habes obiectū tenebrosum. Cū
igitur ex dolore totus factus fueris
humidus tunc habes aspectum lacri
mosum. Respice igitur terram .i. p
priam animā tuam in terrenis conuer
santem et illam repies quasi lunā te
nebrosam. Et hoc est quod scribitur
Apoc. viij. percussa est tercia ps lune
ita vt nō luceret ps tercia noctis sup
posito q̄ anima figuretur p lunam et
nox nostram conotet vitam tūc expo
nitur sic voluntas que est tercia ps a
nime sic percussa est tenebris peccatorū
q̄ nō lucet tercia ps vite nostre sub
radijs virtutum et bonorum operum
Respice igitur terram et totus eris
ex lacrimis madefactus. Et hoc est
quod enigmatice scribitur ecclesiasti
ci xxij. Super mortuum plora defecit
enim lux eius id est vita. super fatuū
plora defecit enim sensus eius. quasi
diceretur sic. Super teipsum plora
insensatum per errorem super teip
sum plora quasi mortificatum pecca

torem̄. Et sic iterum de te terrissima
erit vox prophete q̄ plorans plorauit
in nocte Sexto sexta nox aīme pec
catrici deploranda est nox immutatio
nis corpalis Sicut igitur tradit ysi.
de nūo ca. vij. corpus humanū ex sui
prima conditione habuit fortitudinē
et pulchritudinem sanitatem et age
litatem longanimitatem ꝗ libertatem
et iocunditatem Hijs inquit septem
dotatum fuit et ditatum. Sed sicut
scribitur primo Regū xxxi. philistei
postq̄ in montibus gelboe pcusserant
saul spoliauerunt cadauer ei⁹ armis
suis et corpus saul suspenderunt sup
murum bethsan. Supposito q̄ philis
stei p interpretationes significant ca
dentes et montem gelboe aceruū plus
uiarum ac saul abutentem et bethsan
domū disposite gracie Exponatur tūc
sic hec figura in pposito doloroso post
q̄ philistei. i. spūs dampnati qui de
celsitudine celesti ceciderunt in padys
so vbi est aceruus diliciarum pcusse
rant saul. i. humanū genus per pri
mos parentes suis preconijs abuten
tes in naturalibus vulnerauerūt tūc
cadauera saul et filiorum suorum ar
mis suis. i. donis gratuitis spoliaue
runt et super muros bethsan. i. super
angustiam huius mundi que est do
mus deposite gracie suspenderunt in
opprobrium et sic correndenter sm p
orem gloriam multiplicatur nobis ig
nominia corpalis Et hoc est qd scri
bit venerabilis ans. de similitudinibz
ca. v. Corp⁹ inquit hominis post pec
xx catum induit deformitatem debilita
tem infirmitatem ponderositatem vi
te breuitatem et seruitutem et corru

ptam cordis anxietatem. Iste sunt sep
tem hore istius sexte noctis deploran
de per septem dies sexte ebdomade q̄
dragesime Nam de ioachim quasi de
adam sub quo humanum genus pijt
scribitur Ihere. xxxvi. Cadauer ei⁹
proiicietur ad estum per diem et ad
gelu per noctem. i. ad omnes misera
biles passiones que sub huius diei ac
culo concluduntur. vnde et hanc noctē
sextam sibilla superius descripsit to
taliter resolutam in pluuias ex sui
nimia tempestate. quot enī passiones
corporales mortalis homo patitur in
tot quasi guttas pluuiales corpus re
soluitur. Transit enī corpus pmo ad
decrepitatem. scdo ad infirmitatē.
tercio ad mortē. quarto in putredinē
quinto in fetorem. sexto in horrorem
septimo in vermem. octauo in pulue
rem. Et sic homo flos creaturarum i
nichilum redactus in sepulchro posi
tus nō apet. Et hoc est qd quasi spe
culum opponit btūs Bern. cuilibet
homini in speculo peccatoris. Memo
rare inquit nouissima tua et ineter
nū non peccabis. Nam post hominē
vermis post vermem fetor et horror
sic in nō hominem vertitur omnis ho
mo Ecce hec est pluuie inundatio la
crimosa scz corporis resolutio tam do
lorosa. Hec est igitur nox diei vene
ris. quia sm Albu. in introductorio
suo maiori in astrologiā li. iiij. dūa
vi. ven⁹ in signis humidis nocturnis
et femininis pnosticat bonū. in signis
vero diurnis ꝗ masculis transfert for
tunam in infortunium in tantum vt
aliquando si in talibus fuerit de die si
gnat mortem et destructionem. Sup

ponis statū innocētie in ꝑadyso quē-
dam diem amenissimū sine tenebris
culpe. Sed aduenit venus in signum
masculinum ꝫ ideo dies illa cito ꝑue-
nit ad vesperam quasi eñ signum ce-
li femininū erat eua et quasi signum
celi masculinum erat adam. Et iux-
ta sententiam doctoꝝ dicitur ꝙ eua pec-
casset et nō adam sed temptationi pre-
ualuisset solū tunc eua dampnata fu-
isset. et totum humanum genus futu-
rum in adam fuisset saluatum et con-
firmatū. Sed mox in illa die vt ve-
nus in signū intrauerat masculinum
.i. postq̄ voluptas voluntatis surrex-
it in adam statim fortuna in infortu-
niū vita in mortem et gloria in oppro-
brium immutatur. Jn quorum eui-
denciam sicut ponit venerabilis ans.
in suo elucidario li. i. ca. vi. primi pa-
rentes post peccatum gule ꝑ concupi-
scenciam corporalem in semuicem ex-
arserunt. Et sic regnante venere ipsi
inuicem erubuerunt. Hec est igitur
nox tristicie finis diei leticie habens
septem horas horrendas corruptionis
corporalis quam sic deplorat beatus
Bern. super cantica omelia xxi. Jn-
felix ego homo quis me liberabit de
corpore mortis huius. Jn hoc eñ cor-
ruptibili et lamentabili corpore aīma
generosa angustiatur quasi in quodā
horrendo carcere ibi violenter vincu-
latur ne libere sequatur sponsum cri-
stum quocumqꝫ ierit. Et eiusdē sen-
tencie est venerabilis beda in exhorta-
tionibus ca. centesimoꝑmo. Heu in-
quit anima mea corpus qđ tibi addi-
tum est ꝓ thalamo iam tibi datū est
ad iudicatum pro carcere et ergastu-
lo inibi ligatis et angustiatis deterio-
ratis ꝫ trāsformatis ac tota die mor-
tificatis. Plange igitur et plora tuū
exilium et tuū laqueū quia desolatio
circa mortem ꝑiit spe. Hec ille
Jgitur ꝭm ↄsiliū ꝓph. venite adore-
mus et procidamus ante deū ploremꝰ
coram dño qui fecit nos: qꝛ ipse est
dominus deus noster. q. d. venite cū
humili cognitione nostre mortalitatis
et ploremus tunc nostras iniquita-
tes cum flebili contritione quia ipse
est infinite clemencie et pietatis. Vn-
scribitur Joh. vi. Venit hora et nūc
est ꝫc. scꝫ plangendi sic et plorandi.
vt sic iterum sexta die anima peniten-
te verū sit testimoniū ꝓphete ꝙ plo-
rans plorauit in nocte. Septimo
septima nox et vltima anima peccatri-
ci lamentanda et deploranda est nox
vniuersalis desolationis nox scꝫ singu-
laris ↄfusionis nox ꝑpetue dampna-
tionis nox continue calamitatis nox
multipharie tempestatis de qua scri-
bitur Job xvij. Diues cum dormie-
rit nichil secum auferet aperiet oculos
suos et nichil inueniet Apprehendet
eum quasi aqua inopia. i. omnis boni
et opprimet eum tempestas tollet eū
ventus vrens et auferet et velut tur-
bo rapiet eum et rapiet. Jstum ra-
ptum ab hac vita deplangit Augusti-
nus de ci. dei li. xxi. ca. ij. Heu inquit
sempiterna mors tunc erit q̄ndo nec
viuere poterit anima deum nō haben-
do nec de doloribus corporis carere
moriendo. Prima igitur mors ani-
mam nolentem pellit a corpore. Se-
cunda vero mors animam nolentem
tenet in corpore. Hanc igitur



